

De Lexico Esthonicō

Admodum Reverendi & Clarissimi Viri,

DN. HENRICI Gösekeni Pastoris in Goldenberg
& Præpositi in der Wyck ut & Adsefforis Consisto-
rij Regij in acropoli Revaliensi, amici sui
honoratissimi:

BArbariem cuiquam calamo depellere genti
Egregiæ laudis portio summa cluit
Hunc *Stablius* cœpit *patriota* subire laborem
Velificans *Esthis* sedulitate ratā.
Exterus at cœptis perplurima dignaque seitu
Addidit, ingenij dona probando sui;
Esthus dum docuit rhythmis quoq; plaudere *Iova*,
Quod quondam latuit arva *Livona* decus;
Junxit ubi plectrum *Salemannus*, fronte verendus
Canā, *Gilæo* commodulante melos.
Cui numero jungi *Broemannus*, nobile membrum,
Jure novus Vates dicier atq; merit
Lexica dein promit studio conscripta calente,
Invitans alios, quos sacra cura tenet,
Ut sic è junctis vocū systemate nato.
Hospitibus pateat semita, tecta prius,
Tecta prius, nostræ quod non compendia lingua.
Vidissent lucem, queis peregrinus eget.
Nunc operis claris *Esthorum* lingua per arcton
Culta parat multis commoda magna foci.
Ut princeps igitur *Stablium* per secla manebit
Nomen, quod glaci' m fregerit arte gravi;

Altera

Alser sic Gösekeni augentem cœpta locabit
Fama polo meritum posteritasq; canet.
Gratulabundus sc.

GEORGIU S Preuß SS. Theol. &
Phil. D. & P. P. in Gustaviana apud
Livonos Academia.

ad

Pl. Reverend. Clariss. & Doctiss. Virum
Dn. Heinricum Gösekenium, Ecclesiæ Gol-
denbergenis Pastorem, meritiss. Districtus Vicien-
sis Præpositum Vigilantiss & Consistorij Re-
valiensis Regij Assessorem Spectatiss.
Lingue Oestbonica cultorem Fideliss amicum, compatrem,
Collegam & in Christo fratrem iucundiss. honoratiss.
HActen' absq; metro rythmoq; ignobilis Oestho
Absurdo cecinit cantica sacra modo.
Correxti hoc vitium, Gösekeni, frater amande,
Ornaisti rythmis cantica sacra tuis
Rarus ut hic labor est (ceu mecum quisq; fatetur)
Inde tibi venit sic quoq; rarus honor.
Hoc nil curasti, sed contrà audentior isti,
Collexti studio verbula multa tuo,
Queis poterit Saxo, queis Finno, queisq; Sueco
Queis Oestho poterit, non sine fruge, frui.
Biblia conscripsi multo magnoq; labore
Sermo Dei unanimi ut voce sonare queat
Perge labore tuo prodesse Deoq; piisq;;
Merces solvetur tempore justa suo
Nummos pro numeris ingratus denegat Oestho
In cœlis numerat munera magna Deus.

CC ii

44